



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 30. S. Audomarus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

nem curans, tam veteres quam novos **Sæculum VII.**  
 Christianos exhortabatur, ut Ecclesias **A. C. 644.**  
 frequentarent, eleemosynas elargiren-  
 tur, mancipia manumitterent, & omnis  
 generis bonis operibus totos se dederent.  
 Multos utriusque sexus ad amplecten-  
 dum vitam Monasticam permovit.

c. 4.

## §. XXX.

*S. Audomarus.*

Sub idem tempus S. Amandus & S. Au- **Sup. Lib.**  
**domarus in Belgio Infidelium conver-** **XXXVII.**  
 sioni insudabant. Prædicationem S. A- **§. 35.**  
 mandi supra memoravimus. S. Audo- **Att. to. 2.**  
 marus prope Constantiam natus unacum **p. 659.**  
 patre suo in Monasterium Luxoviense,  
 quod a S. Eustasio regebatur, se recepit,  
 unde ejusdem Sanctitatis fama usque ad  
 Regis Dagoberti aures pervalit; cum-  
 que populi Bononienses & Teruanenses  
 post tempora SS. Fusciani, Victorici, &  
 Quintini, qui ibi Fidem annunciarerant,  
 ad Idolatriam reversi fuissent, ideoque  
 Pastore vere Apostolico indigerent, S. A-  
 carius Episcopus Noviodunensis, olim  
 sub eodem Abate S. Eustasio Luxovii  
 Monachus, Regem Dagobertum & Opti-  
 mates multis argumentis tandem per-  
 movit, ut juberent, S. Audomarum ex  
 Monasterio suo evocari, atque Episco-  
 sum Teruanensem ordinari, quod anno  
 circiter 636. accidit. Is felicissimo even-

*Hist. Eccles. Tom. IX.*

F tu

Sæculum VII tu in convertendis Infidelibus labora.  
 A. C. 644. vit, Templa evertit, Idololatriam profligavit, & plurima patravit miracula. Haud diu postea tres Monachi Luxovienses, Provinciales sui advenerunt laborum socii futuri, scilicet, Mommolinus, Ebertramus & Bertinus, Presbyteri omnes, atque Sacrarum Litterarum & Disciplinæ Ecclesiasticæ scientia instructissimi. Dynasta aliquis opulentissimus, opera S. Audomari conversus, dedit ei agrum Sitivensem, in quo tres Sancti Presbyteri anno 648. Clodovei undecimo fundarunt Monasterium, hujus Mommolinus primus Abbas fuit, & secundus Sanctus Bertinus, cuius hæc Abbatia hodieque nomen retinet. S. Ebertramus vero Monasterii S. Quintini in agro Veromanduensi Abbas fuit.

## §. XXXI.

*Concilium Cabillonense Tertium.*

**S**anctus Eligius & S. Ovenus, Episcopi ordinati Concilio tertio Cabillonensi jussu Regis Clodovei II. vigesimo quinto Octobr. atque, ut creditur, anno 644. celebrato interfuerunt. In eo viginti Canones conditi. Primus præcipit, ut Fides Nicena in Concilio Calcedonensi confirmata servetur. Istud præmonitio esse videtur adversus novam Monotheitarum Doctrinam. Sæcularibus prohibetur,

*Coint. an.  
644. n. 2.*

*to. 6. Conc.  
p. 387.*